

B.K.  
353, 40.

X 1864 A 20



JVLII FORMOSI  
DE  
FORMIS  
RERVM PVBlicARVM  
POSITIONES.  
OPVSCVLVM POLITICVM  
VERE PRACTICVM.

'Recusum

ANNO CIJ IDC LXXX.



monasterii  
Cisterciensium  
in villa patrum  
M. V. C. G. O. M. D.



DE  
**FORMIS**  
**RERVMPUBLICARVM**  
POSITIONES.

I.

**T**rida verum reperi-  
tur, tres esse Rem-  
publ. gubernandi  
formas sive figuras,  
Monarchiam, Poly-  
archiam, Democra-  
tiam: nam aut unus, aut plures, aut  
omnes summæ rerum præsunt, eam-  
que administrant: id est, ipse ipsive,  
quod visum eis eisve est, agit agunt-  
ve per se, aut quibus vult voluntve,  
mandat mandatve.

II.

Sed nihil hoc ad praxin, sive ad  
reipublicæ administrationem actua-  
lem.

A 2

III. E.

## III.

Etenim non ideo magis Monarchia, aut Polyarchia, aut Democratio potest constitui, quam unus, plures, omnes apti capacesque fingi opere legum possunt, ut actu imperium exerceant.

## IV.

Hoc tantum; sub unius, plurium an omnium nomine leges, edicta, administrationes in republica debent promulgari, propori, confieri, legibus reipubl. fundamentalibus potest praescribi.

## V.

Enimvero si Rex a consilio suo, aut aliquot hominibus, utcumque patientia ipsius abutentibus, ducis se patiatur, Monarchiae nomen isti regimini manebit, revera Polyarchia erit.

## VI.

Si populus aut plebs, hoc est, major

(3)

ior populi pars, suis decretis nomen  
Regis præscribat, Democratia fuerit  
censenda, non Regnum, nisi solo no-  
mine. Hoc omnes vident.

7.

Rursus si iste populus ab uno De-  
magogo se naso duci sinat, Monar-  
chia erit, sed non illius Monarchæ,  
cujuſ nomen legibus præscribitur.

8.

Item si in Senatu seu Concilio su-  
premo unus, seu prudentia, seu elo-  
quentia, seu metu potentiae armo-  
rumve reliquos temperet, extra Po-  
lyarchia videbitur, intus & reipsa e-  
rit Monarchia.

9.

Ita si populum unus, aut aliquot  
Demagogi suo arbitrio, quo velint  
flectant, reipsa Monarchia erit, aut  
Polyarchia, specie & nomine De-  
mocratia.

A 3

10. Di-

Dicat quis: toties ergo forma Rei-  
publ. mutata censebitur, quoties ma-  
nente externa specie, regendi vis pe-  
nes unum pluresve erit.

Ecquando tu, qui hoc dicas, quis-  
quis es Philosophista, desines ficti-  
tiam & ineptam formam, qua ipsi e-  
jus auctores de schola physici excide-  
runt, rebus civilibus aptare?

Formam Reipublicæ aliam, nisi  
externam speciem, non habent: quod  
in actu & gestione negotiorum fit, ni-  
hil ad formam philosophis somnia-  
tam, sed ad variationem circumstan-  
tiarum, hoc est, accidentium vario-  
rum, respicit.

Ita in eadem Democratia ex nego-  
tiis summam reipubl. spectantibus  
(nam

(5) 50

(nam quæ summa reipubl. salva man-  
dari aliis possunt, huc non pertinent)  
**hoc Monarchice, illud polyarchice,**  
aliud aristocratice, aliud oligarchi-  
ce geri & administrari potest; quæ-  
dam, & fortassis pars minima demo-  
cratice: neque ideo definet esse no-  
mine **Democratia.**

#### XIV.

Idem in aliis Rerumpublicarum  
formis, id est, externis speciebus ma-  
nentibus, evenire existimandum est.  
Neque externa species magis habitus  
internus est, quam larvafacies, etiam-  
si quis in publicum non prodeat un-  
quam nisi personatus.

#### XV.

Falluntur ergo, quotquot for-  
mam ac statum reipubl. qui semper  
& omnibus in negotiis sibi constet,  
legibus condere sperant.

#### XVI.

Neque minus falluntur, qui ex  
A 4 præ-

(6) 50

præceptis Philosophorum civilium  
aliter in regnis, aliter in optimatum  
republ aliter apud populum nego-  
tiari discunt: cum ubique id quod  
intus est, hoc est, quis quive consilia  
reipubl. temperent, sit circumspici-  
endum, eoque attemperandænego-  
tiationes.

### XVII.

Etsi fundamentales Reipubl. leges  
aliis alias meliores inveniri, hoc est,  
sic constitui posse rempubl. ut exter-  
næ formæ interior habitus, magis  
quam fit in aliis, conveniat, non est  
diffitendum.

### XVIII.

Quid, quod externa reipubl. for-  
ma nulla non pulchra est? Quid e-  
nim optabilius, quam una anima, qui  
Rex est, civitatis corpus regi, ne a  
pluribus distrahatur? Quid præstan-  
tius, quam e toto coetu prudentis-  
simos

simos ad clavum sedere, qui orituras tempestates prævideant: quod fit in Polyarchia? Quid jucundius, quam æqua libertate omnes fruī, quos natura æquales genuit, consensus omnium æqualis in unum corpus conglutinavit?

### XIX.

Sed interna vitia (ut in pulchro corpore naturali) non natura, sed ex accidenti, hanc illam ve rempubl. laudabiliorem, aut vituperabiliorem faciunt.

### XX.

Polyarchia præcipue reliquis duabus speciebus stabilior condi potest, in qua scil. cæteris ad eundem modum sese habentibus, suffragia occulte, & calculis, non palam, aut voce ferantur. Neque enim verisimile fit, e multis majorem partem in perniciem, aut incommodeum reipubl. esse consensuros, aut sæpe sibi impo-

(8) 55

ni passuros: quod in Republ. Veneta,  
aliisque apparet.

### XXI.

Democratia, ob indociles & bel-  
luinos vulgi animos diu sibi constare  
non potest: aut si maxime perduret,  
miserum tamen fuerit, rem, famam,  
vitam complurium rationi se submit-  
tentium hominum (horum quippe  
causa societas magnæ, quas civita-  
tes, sive Republicas appellamus,  
conduntur) bestiæ unius motibus in-  
sanis jactari.

### XXII

Monarchiæ, ut externa specie ta-  
les sat diu maneant, minus tamen  
funt expetibiles, quia intus creberri-  
mis mutationibus obnoxiae sunt; non  
modo ob hominum deinceps succe-  
dantium, sed & propter unius homi-  
nis temporibus diversis variabiles a-  
nimos, ingenia, mores: uti adoles-  
cens,

cens, juvenis, vir; temperato corporis statu, melancholico, sanguineo, phlegmatico; fortunatus, infelix; validus, infirmus; sanus, æger; sibi fidens, amicis & ministris obnoxius; a suis nunquam, aut contra fæpe deceptus; liberis nullis, aut multis instructus; insidias metuens, aut securus a gens; vicinis potentior, aut viribus inferior sibi visus; superstitus, religiosus, contemptor invisibilium.

## XXIII.

Itemque non unius generis sunt, aut diu manent Monarchiæ, prout pauperi populo, aut locupleti, doctis, rudibus, audacibus, meticulosis, parcis, luxuriosis, quæstuosis, inertibus, peritis, imperitis, ambitiosis, humilibus, subditis Monarcha imperat. quæque alia sine numero talia sunt.

## XXIV.

## XXIV.

Unde & hoc facile colligitur, quandoque (nisi plerunque) expedire, Monarchiam non Monarchice, sed polyarchice & oligarchice, quin & democratice (scil. cum pauci rectores sibi tendentes in medio rempubl. relinquent, nec Monarcha compescendis iis sufficit) interea dum ad leges monarchiae fundamentales redditur, administrari.

## XXV.

De Polyarchia & Democratia, specie talibus, idem esto judicium: nimirum expedit quandoque, ut hæc illius interna vi, illa hujus, & utraque Monarchice gerantur: plerunque utile est, omnem externam formam administrationi paucorum subjici.

## XXVI.

At quin, ais, sic semper in motu & mutatione erit respublica. Ni-

mirum

VXXX

mirum hoc illud est, quod omnis hi-  
storia loquitur, quodque ego nunc  
ingeo.

## XXVII.

**Q**uisquis tamen, sive homo, sive  
cœtus, non tantum consequi, sed &  
conservare ea poterit, sine quibus  
imperium & summa potestas haberi  
nequit, hoc est, qui ut arma, pecu-  
niam, judicia sibi pareant, curabit,  
& adversarios, insidatoresque pre-  
mere sciet, is mutationi validissime  
obsistet.

## XXIX.

Formam vero & faciem externam  
non mutare, nec mutatam velle,  
prudentis & quietis publicæ amantis  
viri est. Etenim internorum & rea-  
lium incuriosus est populus, exter-  
nis inhians deluditur: nec nisi inani  
interdum rumore, modo ne rei fa-  
miliaris detrimenta aliudve damni  
sen-

sentiat, translatam ab hoc in illum, aut ab his in illos potentiam dolet ac queritur. Satisfac ergo plebi, neque externam formam seu rebus, seu personis muta, tu, cui publici boni, qualis debet, cura est.

### XXIX.

Falsi proinde sunt, qui in schola si-  
ve de præsentibus sive de præteritis  
rebus publicis, quam formam ha-  
buerint habeantve simpliciter quæ-  
runt, Monarchia fuerit, an Aristot-  
eratia, an Democratia. Leges, si  
exstant, externam speciem mon-  
strant.

### XXX.

Quam tamen nec Democratiam,  
nec mistam ex his. si accurate loqua-  
mur; sed modo hanc, modo aliam,  
nec ideo minus regularem (hoc est,  
suis substantem fundamentalibus  
regulis) quam si omnia ad hanc illam-

ve

ve formam & speciem externam es-  
sent composita, & esse & dici oportet  
re pro comperto habendum.

XXXI.

Qualis autem forma, seu potius  
interna vis hoc aut illo tempore sit,  
fuerit, pro explorato nec centesi-  
mus aut millesimus scire potest: sci-  
licet is deum, qui quemadmodum  
respublica maximis & summis in ne-  
gotiis hodie administretur, aut tunc  
administrata fuerit, experiendo per-  
spectum habuerit.

XXXII.

Philosophi itaque civiles, quia  
præter externam speciem nihil quod  
ad regendum rempubl. faciat ex for-  
ma ista fictitia docere possunt, imo  
formam, qualem sibi frustra præfi-  
gurant, nunquam inventuri quæ-  
runt.

XXXIII.

Species ut ut in secula multa du-  
ret, ipsum regimen est cum minus  
anni aut mensis spatio mutatur .v.g.  
ab excessu Henrici IV. Galliæ regi-  
men penes Ancræum erat, mox pe-  
nes Luinæum, successere magnates,  
& paulo post Richelius, hinc Maza-  
rinus, Neroni, sub quo Burrhus &  
Seneca aliquandiu imperitarunt, non  
fuit infra servos ingenium; fuit Clau-  
diæ, Galbæ, aliisque, qui polyarchi-  
ce tam ipsi quam imperium guber-  
nabantur, ita ut rectores, tutoresque  
inter se & ipsos & negotia paritiren-  
tur.

Quod si ~~to~~ ~~xúgo~~ majestatem vo-  
ces, externa majestas talis erit, qua-  
lis species sive forma externa: inter-  
na realis & vera majestas penes eos,  
in quorum manu respubl. est, ideo-  
que

que in annos, menses, dies, horas  
mutabilis.

XXXV.

Atque in universum omnis maje-  
ritas externum potius splendorem,  
quam veram vim & facultatem po-  
tentiamque vi vocis designat.

XXXVI.

Stolidi porro, qui Polyarchiam  
mediocriter fundatam tyrannide  
commutant, qui soli imperium ipsi  
habent: quod se diu sustinere posse  
sciunt; ac multo minus perspectum  
habent, an liberi posterique sui ei-  
tendo pares sint futuri.

XXXVII.

Imo si cogitant, animi bona hæ-  
reditate non transire, vix habent,  
quod de posteritate sua sibi pro-  
mittant.

XXXVIII.

Ubi est posteritas Nini, Cyri, Ale-

B

xan-

33(16)50

Xandri, Cæsaris, Constantini, Caroli, Aucupis Henrici? qui tamen bonam partem necessarias & ferme in melius mutationes fecerunt: ut tacitum qui in pejus respublicas converterunt, aut plante verterunt.

### XXXIX.

Hæc ergo mutatarum in melius rerumpublicarum gloria, dum rerum memoria supererit, non interitura est: quam posteritati tradiderunt monarchica potentia, imperium, diademata, opes regiæ, dudum vitiis nepotum, fortunæ injuria, scelere perfidorum hominum intercidere.

### XL.

Sapientes habendi, qui exemplo Andreæ Doriæ, hominis civiliter sanctissimi & ante omnes canonizandi, Polyarchiam condunt, in qua posteritas ipsorum (Doriæ sane adoptivi) inter principes sit perennatura.

### XLI.

443(17)50

XLI.

Regum, qua reges, in eo salus est,  
si summam reipublicæ ipsi teneant,  
administrationes non generosis, non  
versipellibus, non adulatoribus à  
quibus quin obsideantur vix potest  
caveri ) sed civili ingenio, ætate ma-  
tura , utraque fortuna exercitatis,  
singulis suarum artium gnaris ho-  
minibus permittant.

XLII.

Hoc est : Si Monarchæ heroes  
(qualem hoc, quo vivimus, seculum  
omnino unum, nec diu, monstravit)  
polyarchiam bene constitutam imi-  
tetur: Pro lege summa ipsi sint , ut  
lex, affectibus vacui , aut certe quam  
minimum obnoxii: reliqua sicut in  
Polyarchia libera, hoc est, ad mode-  
stiam , frugalitatem , gravitatem  
composita habeantur.

B 2

XLIII.

Caro-  
en bo-  
me in  
ut ta-  
con-  
nt.  
  
nelius  
m re-  
interi-  
derunt  
m, dia-  
a vitiis  
scelere  
lere.  
  
empl  
vilitet  
anoni-  
in qua  
ne ad-  
enna-  
XLI.



## XLIII.

Cum his consistere ac capi posse  
vitæ commoda, vel inde licet discas,  
quod, cum omnes natura quærant  
quam commodissime vitam ducere;  
neque regna ulla, neque democratiae  
tam abundant incolis, quam polyar-  
chiæ, in quibus quam minimum li-  
bertati naturali detrahitur; neque  
usquam mores sunt magis, quam  
istic, compositi.

## XLIV.

Quam verò, ut a Monarchiis non  
recedam, veri, recti, boni speciem ha-  
bet, si homines non oratores, quod  
ille reprehendebat, sed nugatores,  
novi, stulti, adolescentuli, non con-  
tenti prærogativa a genere, munera  
reipublicæ præ iis, qui multa expe-  
rientia didicerunt, soli obire postu-  
lant; si vano favoris aucupio; si com-  
mendationibus potentium ad mu-  
nera

nera dignitatesque homines indigni  
perrumpunt; quod sub regibus etiam  
senibus, qui vix decem annis suo ar-  
bitrio regnum tenuerunt, evitari ta-  
men diu nequit: ne miremur in re-  
gnis longa successione depravatis eo  
absurditatis pernicioſæ esse deven-  
tum.

XLV.

Polyarchiæ quæ paria usurpant,  
hoc magis sunt culpandæ, quod uni-  
us hominis vitia multi, invicem sui  
correctores constituti, facile possint  
evitare. Bis, præ monarchis, stolidi  
sunt rectores liberarum civitatum, si  
tamen, quod rarum non est, inanis  
favoris vitia & errores incurrint; seu  
lucro, seu propinquo sanguine & af-  
finitatibus, seu factionis stabiliendæ  
cupidine seu turpioribus illecebris  
stimulati & impulsi.



posse  
ſcas,  
erant  
cere;  
ratiæ  
olyar-  
um li-  
neque  
quam  
  
is non  
em ha-  
quod  
tores,  
n con-  
unera  
expe-  
poſtu-  
ſi com-  
d mu-  
nera

A III 1539

in dießem Jahrhunderte ist der  
Kunsthandel mit dem aus  
England und Irland importirten  
Silberwaren sehr florant.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.

## XIX.

Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.  
Die ersten Importe kamen aus  
England, wo die Gold- und Silber-  
münzen der Könige und Fürsten  
sehr geschätzt wurden.



1000

